

Censura R.P. Emanuelis de Naxera, è Societate Jesu, Regii Concionatoris.


DE mandato D. D. Francisci Forteza Vicarii Matritensis, Abbatis Sancti Vincentii in Ecclesia Toletana, attentè examinandum accepi librum typis mandandum (cujus titulus est: *Traclatus de Re Criminali, sive Controversiarum usu frequentium in causis criminalibus, cum earum decisionibus, tam in Aula suprema Hispana criminum, quam in Senatu Novi Orbis*, constructum à Doctore Domino Laurentio Matthæi & Sanz, Jurisconsulto Valentino, in sacro, supremo, & Regio Aragoniæ Consilio Regente Cancellariam, & Equestris Ordinis de Montefia, & Sancti Georgii de Alfama tesserâ purpureâ insignito. Miror in Opere tum rei gravitate, tum difficultate pleno & Auctoris eruditionem, & in decisionibus soliditatem: Liber est Auctore suo dignus. Plinius Lib. 4. Epist. 26. aiebat: *Petis, ut Libellos tuos, quos studiosissimè comparasti, recognoscendos, emendandisque cures: faciam. Quid enim suscipere libentius debeo, te præsertim exigente?* Ego verò, cum hoc Opus à viro gravissimo, doctissimo, disertissimoque fuerit concinnatum, suscipio, non ut examinem, emendarique cures, sed qualis qualis scriptor sim, ut dicam posteritati scribere, & scripta æternitati mandare. Opus est absolutissimum in eo omnia terfa, omnia pulchra, omnia Latina. *Qui tacent* (aiebat Plinius, lib. 7. epist. 25.) *hoc amplius præstant, quod maximum opus silentio reverentur.* Ergo Opus revereor silentio, cum satis nequeam dilaudare eloquio, dicam tamen in eo nihil esse moribus incongruum, aut Catholicæ fidei adversum. Sic censeo; Salvo &c. Matriri septima die Octobris anni 1672.

Emanuel de Naxera.

LICENCIA.

NOs el Doctor Don Francisco Forteza Abad de S. Vicente Dignidad de la Santa Yglesia de Toledo, y Vicario de esta Villa de Madrid, y su partido por el presente, y por lo que à nos toca damos Licencia para que se pueda imprimir, y imprimir el libro intitulado: *Traclatus de Re Criminali, sive Controversiarum usu frequentium in causis Criminalibus, cum earum decisionibus, tam in Aula Suprema Hispana criminum, quam in Senatu Novi Orbis*, escrito por el Señor Don Lorenzo Matthæi y Sanz, del Consejo supremo de Aragon, Cavallero del abito Montefia, por quanto no tiene cosa contra nuestra santa fee Catholica, y buenas costumbres. Dado en Madrid a ocho de Oct. de mil y seis-cientos y setenta y dos años.

Por su mandado,
D. de Velasco.



SUMMA PRIVILEGII REGII.

Auctoritate Regia sancitum est, ne quis *Traclatum de Re Criminali*, auctore *Laurentio Matthæi & Sanz*, intra decem proximos annos à prima editione numerandos imprimat, aut alibi impressum in hoc Regno divendat, præter *JONN. & JACOB. ANISSON* Bibliopolas Lugdunens, aut eos quibus id juris concefferint; hocque omnibus perinde clarum & indistinctum habeatur, ac si Regii diplomatis sententia Operis initio præfigatur. Qui secus fecerit, librorum confiscatione, & pœnis Regio diplomate declaratis multabitur. Datum Cavillæo die prima Junii 1685.

De mandato Regis signatum IVN QVIERES.

PARS



PARS PRIMA
DE RE CRIMINALI,
SIVE
CONTROVERSIAE FORENSES
DE CRIMINIBUS

usu frequenter patris.



CONTROVERSIA I.

De Suprema Aula Senatus Hispani, cui cura persequendorum criminum commissa est, Præfeti & Regie Domus, & Curia, eorumque potestate, atque jurisdictione.

SUMMARIUM.

- 1 Alcaldes de Casa y Corte, nomen Hispanicum.
- 2 Alcalde nomen ab Arabibus mutatum.
- 3 Alcalde, Latine Prætor appellari solet.
- 4 Prætoris nomen quod officium tempore Romanorum significabat.
- 5 Prætor primus inter Romanos, Urbanus erat.
- 6 Judices causarum criminalium in Curia Hispana, tempore Regum Gothorum inter Proceres numerabantur.
- 7 Triphadi qui essent tempore Gothorum.
- 8 Triphadi an dignitatem politicam, vel militarem obtinissent.
- 9 Triphadi jurisdictionem contentiosam in Curia, tam causarum civilium quam criminalium obtinebant.
- 10 Præfeti Regie Domus, & Curia de omnibus causis bellicis jurisdictionem contentiosam desiderantibus jus olim dicebant.

D.D. Laur. Matthæi, de Re Crim. Pars I.

- 11 Judices Curia, qui sunt ab antiquo.
- 12 Judices Curia, postquam Hispania à Mahometana calamitate vindicata est, Alcaldes nuncupantur, sumpto vocabulo ab Arabibus.
- 13 Præfeti Regie Domus & Curia Alcaldes del Rey appellantur in nostro Hispano jure, & num. 14.
- 15 Sobre-juez, o Adelantado de Corte, quam dignitatem obtinebat.
- 16 Huic Magistratus successit Consilium, quoad jurisdictionem, Præfeti illius quoad representationem muneris.
- 17 Consilii Primordia, atque recentior institutio.
- 18 Consilium à tempore Gothorum usque ad Ferdinandum I I. cognomento Sanctum, quale fuisse.
- 19 Consilium an jurisdictionem contentiosam exerceret à tempore Ferdinandi II. incertum, licet Pater Mariana alia referat.
- 20 Consilii expressa mentio in legibus Partitarum, sed absque mentione jurisdictionis contentiosa.
- 21 Consiliariorum eligendorum curam Alphonsus XI expressit in Comitibus habitis Matriri anno 1329.
- 22 Consiliariorum numerum ad 10. reduxit Henricus II. in Comitibus Burgicis anni 1368.
- 23 Cancellariorum institutor, Rex Joannes I. de jurisdictione contentiosa Consilii clarissimè tractavit.
- 24 Ararum computatio dissonat ab annis

A nis

- nis Christi & quomodo.
- 25 Consilio ultima forma data per Reges Catholicos, sed perfecta per Leges nova recuperationis.
- 26 Consilio quando fuit concessa iurisdictio ad causas secunde supplicationis, & tenute.
- 27 Prefectorum Regia Domus & Curia officium quale iuxta leges Ordin. & eorum numerus.
- 28 Prefectorum seipsum Aula iurisdictio in criminalibus.
- 29 Sententia Aula appellationem concessam non habent.
- 30 Prefectorum iurisdictio in civilibus, & Provincia tribunal quid.
- 31 Appellationes in civilibus ad quos deferantur, tam majoris quam minoris summa.
- 32 Prefectorum sententia in causis civilibus rei iudicata vim habent in minoris summa causis.
- 33 Aula criminalis est quinta Aula Consilii.
- 34 Aula Consilii quot & qua.
- 35 Rem iudicatum facere ad supremam iurisdictionem pertinet.
- 36 Prefectorum numero deficiente, eorum loco ex Consilio desumuntur.
- 37 Prefecti Curie Consiliariis aequiparantur.
- 38 Consiliarii visitantes carcerem non iudicant soli, sed simul cum Prefectis.
- 39 Pena imposta in offendentes Regios Consiliariis, est pariter imposta in offendentes Prefectos Curie.
- 40 Prefecti Curie sunt Vicarii Regis.
- 41 Vicarii Principis dignitas.
- 42 Offendens Consiliarios & Prefectos crimen lese, in secundo capite, dicitur committere, maiestatis.
- 43 Prefecti Curie iudicant nomine Regis & sub eo expediuntur provisiones & cetera Aula rescripta.
- 44 Provisiones & rescripta Aula eodem sigillo & per eundem cancellarium sub signata ac in Regio Consilio expediuntur.
- 45 Dominus Don Joannes Baptista Larrea impugnat in his que de Prefectis Curie dixit.
- 46 Que sunt ratione Superioris regiminis in consequentiam non veniunt.
- 47 Consilium iure ordinario non advocat causas Aula criminalis licet possit.
- 48 Consilii superioritas nulli detrahatur, quia omnibus superius est.
- 49 Prefecti Curie militant immediate sub eodem Præside.
- 50 In distributione Aularum Consilii Præsides Aula Criminalis quotam is destinatur per regem sub eodem decreto, & sub eadem consultatione per Præsidem Consilii proponi solet.
- 51 Consiliariis ut interveniant in Aula Criminali non conceditur comissio aliqua.
- 52 Fidei Consilii defensionem iurisdictionis Aula suscipere tenetur.
- 53 Prefectis Curie debetur locus immediate post Dominos de Consilio in sessionibus.
- 54 Fidei Consilii desumptus ex Aula retinet prerogativam antiquitatis quam in ea obtinebat.
- 55 Si vero ex inferiori dignitate desumatur, proceditur à Prefectis Curie.
- 56 Fidei Consilii excellenti dignitate fungitur.
- 57 Prefecti Curie eodem modo manum regiam desolantur immediate post Consilium, ceteros procedendo.
- 58 In funeralibus pompis Regum eadem serie insedendo observatur.
- 59 Prefecti Curie extraordinarios proveniunt eodem modo quo Consiliarii percipere solent.
- 60 Præcedentia Prefectorum Curie quoad ceteros Regios Administratos est innegabilis quoties corpus Consilii in publicum prodit.
- 61 In concursu particulari, seu privato præcedentia jus non tribuit, quia facultativum est intervenire.
- 62 Aula iurisdictionis est ipsamet nostri Regis.
- 63 L. 15. tit. 6. lib. 5. recopilat. expenditur.
- 64 Iurisdictionis criminalis præstantia perpenditur.
- 65 Quando non datur provocatio ad aliud Tribunal, superioritas iurisdictionis convincitur.
- 66 Iuri naturali non derogatur ex hac superioritate, neque iniquitas inducitur, cum supplicatio sustineat vires appellationis.
- 67 Supplicationis remedium idem operatur ac remedium appellationis.
- 68 Prefecti Curie vigilantissime debent maleficia comperere atque punire.
- 69 Regiminis optima ratio plus versatur in preveniendo, quam in vindicando.
- 70 Prefectorum Curie iurisdictioni generalissima est quoad omnes in Curia existentes, & illius vestigiis.
- 71 Rastro de Corte quid significet.
- 72 Prefecti Curie de Annona curant.

73 Prefecti,

- 73 Prefecti Curie rebus venalibus pretia taxant.
- 74 Aditus civitatum non leduntur ex hac iurisdictione Prefectorum.
- 75 Prefecti Curie an teneantur sumere informationem ab Edilibus sive Decurionibus urbis, vel civitatis.
- 76 Iurisdictionis hac quomodo distributa sit, quando Rex in aliqua civitate residet.
- 77 Forma data per Consilium in hac cura annonæ, quoad hanc urbem.
- 78 Prefecti Curie assistentiam præstant in Regia, quia ex domesticis Principis sunt.
- 79 Iuxta Principis in Regia executioni mandant.
- 80 Principis personam comitantur.
- 81 Prefecti Curie qua teneantur præstare, dum Rex per oppida Regni degit.
- 82 Iudices Curie sive Prefecti, ut membra quinta Aula Consilii, partem integram illius constituunt.
- 83 Prefecti Regia domus & Curia an Prætoribus assimilantur.
- 84 Prætorum necum Imperium concessum non fuit.
- 85 Prefecto urbi an recte comparentur.
- 86 Prefecti urbani potestas & iurisdictionis qualis iure Digestorum.
- 87 Et qualis iure Codicis, sive temporibus Imperatorum.
- 88 Prefectus Urbanus de annonæ curabat.
- 89 Cujacii locus ad rem expenditur.
- 90 Fenestella locus expenditur ad idem.
- 91 Prefecti Urbani dignitas coequalis Prefecto Prætorio.
- 92 Præfectura Prætorii Consilio similis.
- 93 Præfectura Urbana Aula suprema criminum, & Prefectis illius, Curie iudicibus rogatis perfecte assimilatur.



ALCALDES de Casas, Corte y Rastro, nuncupantur à Rege & Domino nostro Administri togâ insigniti in ipso muneris titulo, ut notum est & probat. tit. 6. lib. recopil. per tot. de quo nihil Nostates scriptum reliquere: ob quod dum rerum iudicatarum in eo confesso, ubi jura dicunt scribere intendo, aliqua de eorum origine, dignitate, & iurisdictione prælibare non abs re erit.

2 Alcalde nomen Arabicum est, compositum ex articulo al. quod in eo idiomate idem importare ac in Hispano nostro testatur Sebalt. Covarruv. in Theaur. ling. Castell. & nomine Caid, vel D. D. Laur. Mattheu, de Re Crim. Pars I.

cabed, quod est idem ac præses, ut colligitur ex traditis per P. Fr. Petrum de Alcalá in art. ling. Arab. Didac. de Urrea & Sebalt. Covarruv. ibid. Verb. Alcald. Nec dissentit dictionario Ant. Nebriſqui in Diffinitorem Prætozem vertit, Ambrosium Calepinum sequendo de more; sed quoniam ipse Covarruvias notat plures esse Magistratus, quibus hoc nomen tribuitur, ut nostri à cæteris dignoscantur, non solum appellantur Alcaldes; verum subjungitur, de Casa, Corte y Rastro, per quod à cæteris secernuntur, & præstantia muneris clarissime commendatur.

Neque omnino improprè Prætores esse dicitur: nam, ut dixit Pomponius in l. 2. §. cumque Consules 27 ff. de orig. iur. ibi: ad hoc instituti sunt ut jus redderent in urbe. Conferunt tradita per Pompon. Lætam de Magistr. Romanor. cap. de Prætor. Fenestella in eod. lib. c. 19. Tit. Livius lib. 25. histor. lib. 1. Jacob. Cujac in d. leg. 2. §. cumque Consules, & in Novel. 13. de Prætor. quo diffusus Higon. Don. lib. 17. comm. cap. 8. & ibi Illiger. l. 22. Cæl. Rhodig. lib. 12. antiquar. lect. c. 8. ex quibus & aliis non obscure colligitur, quod licet plures Prætores fuerint, per Antoniniam Prætor I. Urbanus significabatur, ut cum Ciceron. & aliis not. Rhodigini ibid. Quare Dominus Don Joannes Baptista de Larrea allegat. fiscal. num. 14. munera hæc ad Urbanum Prætozem referit, vel ad Præfectum Vigilum, forte ductus ex levi conjectura oneris, quo gravantur lustrando Curiam, diu noctuque vigilando cum Apparitoribus & satellitibus ad criminosos persequendos, quod nostro idiomate dicitur Rondar.

Sed, salva pace hujus literatissimi viri, jure Hispano accuratè inspecto, amplior dignitas, præstantior potestas, atque illustrior iurisdictionis ad eos spectare fatendum est. Nam rem ab origine deducendo, cum hæc dignitas simul cum regno nata videatur, à Magistratibus Regum Gothorum mutuam credimus, licet nomen ab Arabibus derivatum observemus. Tempore autem Regum Gothorum inter Aula. Procures Iudices causarum civilium & criminalium quales Prefecti Regie domus & 7 Curie sunt, connumerabantur. Quod mihi probat Text. in l. 14. tit. 1. lib. 2. legum Gothor. quarum Codicem vulgariter et suæo Jugo nuncupamus; quo Textu

A 2 hæc

hæc verba ex Latino Codice desumpta leguntur: *cum cæteris negotiis criminalium causarum Tiuphadis iudicandi licentia sit.* Quo Flavius Reccesvintus XXI V. ex Gothis in Hispania Rex, maximam potestatem atque jurisdictionem illorum Magistratuum exprimit. Nam *Tiuphadus* in Germana, Gothicæque lingua *Altum* significat, ut tradit Villadiego *ad l. 25. d. tit. 1. in glos. num. 8.* unam ex præminentioribus dignitatibus inter Duces & Comites conspicuam demonstrando, quod nititur probare *ex leg. 22. eod. tit. junct. l. 6. tit. 5. lib. 4. eisdem for. judic.*

8 Nec latet quod idem Villadiego scriptum reliquit *in l. 1. tit. 2. lib. 9.* Tiuphadum esse Præpositum sive Ducem militariæ copiæ militum. Nam *in d. l. 25. n. 8.* postquam asserit ad hos Magistratus pertinuisse civilem administrationem, subiungit licentiam iudicandi de cæteris negotiis criminalium causarum in Curia, quæ quidem politicæ potestatis atque jurisdictionis contentiosæ sunt, non militaris. Quæ comprobantur ex traditis per Ambros. de Morales, lib. 12. *chron. gener. c. 13.* ibi: *Para el gobierno de la tierra en tiempo de Paz se halla mención de siete oficios que nuestros Reyes Godos tenían que eran Rectores de las cosas publicas, Condes, Ardingos, Tiuphados, Vicarios, Jueces y Sanyones.* Nulli enim ex aulicis dignitatibus congruere potest jurisdictio civilis, & criminalis, nisi cui illam obtinebat.

9 Quibus ad stipulatur quod Præfecti Regiæ domus & Curie usque ad nostra tempora, nempe ad annum 1598. ut notum est de omnibus causis contentiosæ jurisdictionis ad supremum Consilium belli delatis, jus dicere solebant: quam ob rem etiam si Tiuphadæ præfecturam de rebus bellicis competere aliquando dicamus, neque his Magistratibus in sua origine defuisse dicere possumus. Quæ omnia comprobantur ex traditis per Hier. Blancas *in comm. rer. Aragon. pag. mihi 12. 419.* in quo hæc verba scripsit. *Judicium quorum supra meminimus Præfecti & alii iudices Curie vocabantur olim singula ea nomina retinentes quibus Gothorum temporibus fuisse eos vocatos comperimus; Gothis autem exactis quandoque Alcales sub uno vocabulo, eoque, ut suspicor, ab Arabibus sumpto, nominati inveniuntur.* Itaque *Alcales* de quibus loquitur, erant Judices Curie, qui tempore Gothorum alia nomina retinebant, & eis exactis sub uno vocabulo ita nominati sunt. Nec Judicium Curie

nomen Gothicum erat: nam expressè dixit quod eis exactis aliter nominantur. Judices enim Curie actualiter nuncupantur Senatores Auditorium Coronæ Aragonum de rebus criminalibus eurantes, diversi à Consiliariis, ut probat idem Blancas *ex for. edit. anno 1300. sub. Jacobo II. in vita Alph. III. pag. mihi 179.* probat Fontanella *in descrip. Senatus Catalan. in princip. tom. 1. decis. & decis. 282. ex n. 8. & decis. 339. n. 32.* Don. Michaël de Cortiada *de Senat. Catal. form. & comp. in princ. suarum decis. & decis. 17. num. 26.* conducunt quæ dixi *de Regim. Val. c. 2. §. 2. num. 5.* ubi plura ad rem. Qualis autem esset potestas Judicium Curie paulò post explicat idem Blancas, ibi: *ut Auditoribus minimè permessa esset potestas decernendi, sed audiendi tantummodo causas, de quæ singulis ad Regem referendi. Judicibus autem concessum erat ut de eis cognoscerent, statuerent ac judicarent.* Demumque subiungit hos Curie Judices Regem assidue sequi solitos inter domesticos jura facturos. Ex quibus non obscure deprehenditur Præfectos Curie, de quibus loquimur esse eosdem quos Judices Curie nuncupat, & ipsos qui tempore Gothorum antiqua nomina retinebant, & eis exactis *Alcales* vel *Alcaldes* (nam idem esse cum diversitate minima pronunciationis, dubitari nequit) sumpto vocabulo ab Arabibus, nuncupant. Et cum tempore Gothorum Regum solum Tiuphadi Magistratus reperitur cum hac potestate, & jurisdictione, necessariò sequitur esse idem.

10 Demum *in l. 7. ex II. styli* dum verbum instituitur de advenis repertis in Curia, hæc reperitur scripta. *Y aquel que ha el dendo sobre el, se lo demanda ante los Alcaldes del Rey.* Et Christophor. de Paz hujus Codicis commentator *in schol. ad d. l. 17. num. 17. ait: Et posita super debito civili conveniri apud Judices Curie, etiam si ibi non contraxisset.* Ex quibus deducitur quæ *los Alcaldes del Rey* & Judices Curie idem sunt; imò quòd ab antiquo sic vocati, vel nominari reperuntur, ut ab Historiographis clarè deprehenditur, & nunc etiam nuncupari, ut probat Text. *in l. 13. tit. 6. lib. 2. recopil. l. 11. tit. 23. lib. 4. leg. 13. eod. tit. & alibi pluries.*

11 Quod patitur fulcitur jure partitarum: nam *in leg. 18. tit. 9. part. 2.* hæc verba reperuntur: *Los que han de juzgar en la Corte del Rey tienen muy gran officio, porque no tan solamente juzgan los pleitos que*

que vienen ante ellos, mas aun vienen poder de juzgar los otros Jueces de la tierra. Hunc Textum expressè loqui de Judicibus Curie dubitari nequit, & quòd isti sunt iidem qui & *Alcaldes del Rey* evidenter probat Text. *in l. 20. eod. tit. ibi, Pero esto non deve hacer sin mandado del Rey, o de sus Alcaldes,* loquitur Rex Alphonfus *in eo Text.* de tortura inferenda in Curia, & postquam cavet quòd ad minus Apparitoris Curie sive *Alguacil de corre* spectat ponere reos ad questionem, subiungit quòd ea faciendâ non sunt absque præcepto Regis *o de sus Alcaldes,* nempe Judicium Curie quorum potestatem descriperat paulò antè *in d. l. 18.*

12 Et hæc interpretatio amplius convincitur ex eo, quòd tunc temporis solum judicabant in Curia *los Alcaldes* in prima instantia, & in secunda alius supremus Juxex qui nominabatur *Sobre-juez*, o *Adelantado de Corre,* probat expressè Textus *in l. 19. eod. tit.* qui quidem loca, & vice Regis judicabat. ibi: *E acæze algunas vezes que los non puede el Rey oir persi, por priesas que ha, e conviene que ponga otro en su lugar, e a tal officio como este llamante Sobre-juez,* ut explicat Gregor. Lopez *ibid. qui Glos. 2.* subiungit quòd hodie de his cognoscunt Domini de Consilio, quòd etiam tradiderunt Joan. Guierrez. *pract. lib. 3. c. 38. num. 3.* & Bobadilla *lib. 1. polit. c. 2. numer. 7. in fin.* tradendo quòd in eius locum subrogatum fuit Consilium; si loquamur de jurisdictione contentiosa in causis civilibus, certissimum est; in causis vero criminalibus minimè, quia jure ordinario ad Aulam pertinet, ut statim explicabimus. Sed illius officii nuncupati *Sobre-juez* vestigia non permanent in speciali Magistratu; nisi dicamus illius loco succedum fuisse Dominum Præsidentem ipsius Consilii, qui in effectu est supremus justitiæ administrator in toto Regno, licet ampliori dignitate, jurisdictione atque præstantia.

13 Neque ex eo quòd tunc temporis Consilium Castellæ supremum, quod per antonomasiam *Consilium* appellamus Reges nostro imitando, qui dum de eo mentionem faciunt, dicunt *nuestro Consejo,* institutum jam esset, hæc infirmantur. Ad ejus explanationem supponendum est, quòd hujus Consilii origo à tempore nascentis Regni derivatur: nam Reges Gothorum Consilium cogeant ex Prælati, Proceribus, sive Magnatibus, viris

que sapientioribus; sed non ad contentiosæ jurisdictionis causas expediendas, nisi tantum ad res status Regni, & politicæ gubernationis, quorum morem infestis 18 quando nostri Reges ab invictò Pelayo usque ad Ferdinandum II. re & cognomento sanctum, eo Consilio usi fuere: sed ipse Ferdinandus ea forma Consilii antiquata; novam dedit & in eorum locum subrogavit duodecim viros in scientia legaliperitos & omni virtute præditos anno 1246. vel ferè, ut tradunt Gatibay *lib. 13. c. 4. & 9.* P. Mariana *de reb. Hispan. lib. 13. c. 8. in fin.* Egidius Gonzalez *de Avila in lib. magn. Matr. 4. pag. 351.* vers. *antes que los Reyes.* Dominus Larrea *decis. Granat. 98. num. 20.* & Dominus Sorlozano *emblem. 68. num. 17.* Ex his Mariana tradit munus iudicandi in causis contentiosæ jurisdictionis à Ferdinando Consilio tributum fuisse. Sed verius credo non de rebus contentiosæ jurisdictionis statim curam subisse, sed tantum res tangentes statum Regni, atque politicam gubernationem Consilio conditas fuisse, quòd mihi probat Text. *in l. 5. tit. 9. part. 2. & l. 7. tit. 18. part. 4.* junctis his quæ de Præfectis Curie, & de eo supremo judice nuncupato *Sobre-juez* dicta remanent. Quia Alphonfus X. filius ejusdem Ferdinandi in his juribus expressam mentionem fecit Consilii, & Consiliatorum Regis: nulla adhibita particula respiciente jurisdictionem contentiosam, quam absque dubio explicasset, sicut explicavit munus iudicandi didictorum Præfectorum & supremi alterius judicis *in d. l. 18. cum duob. seqq. tit. 9. ead. part.* Quòd amplius suadetur per penso, quòd per prædecessorem & patrem recenter Consilium institutum fuerat, atque simul eorum quòd opus partitarum perficeretur, & non est credendum quòd ipse Alphonfus dum jussionem Genitoris executioni mandabat leges partitarum compilando; obli-vit tradidisset concessionem jurisdictionis contentiosæ; si Consilio fuisset facta.

14 Sed licet non statim post hæc institutionem jurisdictionis contentiosæ suscepta fuisset per ipsum Consilium, paulò post suscepta fuit; quòd licet in nostro jure expressum non reperitur, colligitur ex his quæ promulgavit Alphonfus XI. in Comitibus Matrit. anno 1329. plura quoad virtutes eligendorum ad Consilium constituens, eis stipendium publi-

cum destinando, & ab Henrico II. in Comitibus Burgenfibus anno 1368. relata in proem. tit. 3. lib. 2. ordin. & in l. 1. tit. 4. lib. 2. recopil. quoad numerum 10. redactos
 23 Confiliarios deprehenditur. Sed clarius à temporibus Regis Joannis I. cujus leges specialiter de jurisdictione Consilii tractant: nam in Comitibus Toleti an. 1387. & in Sicorensibus anno 1383. plura de jurisdictione Consilii, Praefectorum Curiae & Auditorum Cancelliarum disseruit, ut habetur in l. 2. tit. 4. d. lib. 2. Ordin. quae est l. 6. tit. 5. lib. 2. recopilat. Quae non infirmantur ex eo, quod iste Rex Joannes I. fuisset institutor Regiarum Cancelliarum, ut tradit Dominus Larrea. d. decis. 98. numer. 20. quia in d. Text. clarè de cunctis loquitur ibi: *Porque con maior acucia y remor de Dios los nuestros Oidores, y los nuestros Alcaldes y oficiales del nuestro Consejo y Chancilleria.* Per verbum illud del nuestro Consejo, Consilium per antonomasiam intelligi debet, ut dixi. Et in l. 3. eod. tit. 4. ibi *Porque los Oidores, y Alcaldes, y lo otros jueces de la nuestra Casa y Corte y Chancilleria.* Licet enim Judices in criminalibus Regiarum Cancelliarum vulgariter dicantur *Alcaldes de Corte*, ex traditis per Parlador. *rer. quotidian. in sesquicent. diff. 30. numer. 11.* Attamen *domus & Curia* tantummodo dicuntur, qui in eadem Curia Regem insequuntur.
 24 Melior Tex. in l. 7. eod. tit. 4. lib. 2. Ordin. ibi: *Confirmamos, y mandamos guardar la prematica sancion que el Rey Don Juan nuestro Padre, santa gloria ay, hizo en Valladolid anno de ventiocho, por la qual mandò remitir a la su Corte y Chancilleria todos los pleitos y causas y quesiiones que pendian, y pendieren ante los del Consejo, y Alcaldes de Casa y corte.* Qui Textus inscribitur Regis Joannis I. Vallisoleti anno quadragesimo secundo: sed in eo duplex error calami venit norandus. Primus dum in eo dicitur *anno de ventiocho*: nam dicere debuit *era de ventiocho*: & ratio est, quia Rex Joannes I. Regnum obtinuit anno 1379. Mariana lib. 18. cap. 3. & decessit anno 1390. idem Mariana d. lib. 18. cap. 13. Si enim Textus intelligatur de *era* 1428. detractis 38. annis diversitatis computandi ab aera Caesaris, ad annos Christi, ut explicat idem Mariana lib. 3. cap. 24. promulgatio hujus legis spectat ad ultimum annum Regni Joannis I. quod est possibile. Secundus, dum dicitur in inscriptione quoddam lex fuit edita Vallisoleti anno quadragesimo secundo, & Camera

anno trigesimo septimo: nam, ultra quod ex verbis Textus convincitur, impossibile fuit quod sic se haberet, etiam detractis illis triginta & octo annis, quia jam vitatus functus erat, ut ex dictis patet. Neque ex hoc dici potest quod Textus remanet correctus, quia *era* & *annus* idem sunt, & solum diversificantur respectu radicis computi: cum *era* eam percipiat anno quo divus Augustus Dominatum Hispaniae obtinuit, annus verò à Nativitate Domini Jesu Christi, ut explicat Mariana d. c. 24. computandi autem mos per aeras Caesaris usque ad dominatum hujus Regis Joannis in hoc Regno perduravit, ut scribit idem Mariana d. lib. 18. cap. 7. & ego notavi de *regim. tom. 2. cap. 8. §. 10. n. 150.*
 Sed novissima forma quam Consilium obtinet, data fuit per Reges Catholicos in Comitibus Toleti anno 1480. ut constat ex toto tit. 3. lib. 2. Ordin. qui quidem Reges formam pariter Regiis Cancellariis Pincianis & Granatenfis tribuerunt, ut aliis relatè notat Larrea d. decis. 98. numer. 20. territoria distribuendo, sedes designando, atque uniuersusque muneris potestatem praefiniendo, ut in d. tit. 4. lib. 2. Ordin. & in tit. 5. lib. 2. recopil. clarissime habetur: & tandem ultima linea praeminentiae Consilii data fuit per l. 62. d. tit. 4. lib. 2. recopil. quo numerus Consiliariorum, distributio Aularum, cum uniuersusque jurisdictione, & cetera ad rem spectantia clarissime habentur, licet numerus ampliatius ad sexdecim pariter habeatur in d. l. 1. ejusd. tit. Et quibus patet, quod Pater Mariana, his non clarè perceptis, lapsus fuerit, dum dixit jurisdictionem, quam hodie Consilium obtinet, tributam fuisse per Regem Ferdinandum sanctum, sicut pariter labitur quoad causas secundae supplicationis, quas nuncupamus *de las mil, y quinientas*. Nam hoc remedium adinventum fuit per legem *Sicoris* sive de *Segobia* edita per ipsum Regem Joannem I. anno 1390. ut habetur in l. 1. tit. 20. lib. 4. recopil. neque hoc pertinuit ad Consilium jure ordinario, usque ad annum. 1532. quo Imperator Carolus in Comitibus Sicotis hæc commisit Consilio videtur, ut probant lib. 2. & 12. d. tit. 20. lib. 4. recopil. ad quorum explanationem videnda sunt *acta consil. 8. fol. 3. & 70. fol. 2.* Sicut remedium possessorum nuncupatum *de Tenuta*, in causis bonorum majoratum fuit per eundem Carolum Consilio commissum, in

in Comitibus habitis Matriti anno 1543. probant Text. in l. 9. & 10. tit. 7. lib. 5. recopil. junct. l. 5. tit. 9. lib. 4. de quarum materia Paz integrum tractatum doctissimum edidit. De praesentia hujus Consilii quantumvis plura dicantur, nil dicere in effectu erit: nam quoties perpenditur quod potestas legislativa ei concedita reperitur per nostros Reges, ut probat Text. in l. 8. tit. 1. lib. 2. recopil. Quod Reges solebant in eodem Consilio personaliter adesse, Text. in l. 1. tit. 1. & ibi Didacus Petez in *glos. verb. de nos asseñar. d. l. 19. tit. 9. part. 2.* & ibi Gregor. Lopez *Glos. 1. & in lib. 32. tit. 3. lib. 2. Ordin.* quid superaddendum sit non reperio: aliqua praenotavit Dominus Praeful Salmantinus Joannes Baptista, Valenzuela Velaquez *Conf. 17. num. 11.* Petr. Fern. Navarrete in *discurs. 7. Polit. de conservat. Monarch. discurs. 7.* Camill. Borrel. *de praes. Reg. Cathol. c. 66. & de Magistrat. lib. 1. c. 8.* plura congerens Dominus Sorzano *tom. 1. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 2. numer. 4. cum seqq.* Noster Salcedo *de leg. polit. lib. 1. cap. 15. numer. 18. cum seqq.* Didacus Narbona *da stat. anno 1569. g. 8. ex num. 17.* Salgado *de reten. Bullar. part. 1. cap. 14. ex num. 1.* Sed ceteris diffusior Parlador. *rer. quotid. in sesquicent. differ. 10. per tot.* quare calamum pono; quia in se tam magna exiguum illius eruditionem recognosco.
 17 His breviter de Consilio adnotatis, ut ad nostrum institutum reducatur, per leges Ordinamenti Praefectorum Regiae domus & Curiae munus amplius explicatur, ut in l. 6. & 11. cum duob. seqq. tit. 15. d. lib. 2. & tandem in toto d. tit. 6. lib. 2. recopil. quo diffusè de eorum potestate, jurisdictione, & cura statutum habemus, numerusque Praefectorum assignatus est; quia licet antiquitus quatuor tantum esse jubebantur l. 13. tit. 15. lib. 2. Ordin. & l. 2. tit. 6. lib. 2. recopil. ad sex jam amplius est per l. 16. d. tit. 6. lib. 2. recopil. & si ampliato ipsius Curiae attendenda esset, forte neque hos sufficere ad perfectam muneris executionem, dicendum esset, quia ab anno 1583. quo hæc Lex lata fuit, usque ad nostra tempora triplicatum Curialium numerum fuisse, percipitur.
 18 Ex quibus sequitur non obscure, quod Aula suprema criminum, quae ex illis componitur, est Supremum Tribunal causatum criminalium; tam respectu delictorum in Curia patrorum, quam in illius territorio, quod est intra distantiam

quinque leucarum per circuitum, ut statim explicabitur, & tam quoad causas in ea fulminatas per suos Administratos, quam quoad delatas per appellationem à Sententia Judicium inferiorum istius districtus: & à sententiis in Aula laeis nulla datur provocatio, vel appellatio, ut expressè probant Text. in lib. 2. & lib. 7. d. tit. 6. lib. 2. recopil. Quia cum in hac Aula Jus dicatur nomine Principis, nulla appellatio, vel provocatio esse potest, ut inferius explicabitur. In civilibus verò, Aula non habet cognitionem, sed hæc defertur uni ex quinque Praefectis antiquioribus juxta l. 18. §. 1. & 2. eod. tit. in speciali Audientia quam sigillatim celebrant hora vespertina in locis ad id decernent destinatis, quam Audientiam *de Provincia* nuncupamus (desumpto forte vocabulo ex distributione Provinciarum contenta in l. 2. tit. 2. d. lib. 2. recopil. vel certius ab onere quod gravissimum est, ita ut humeris, praes. negotiorum multitudinem & frequentiam, impar justè dici possit) de quarum forma, ritu, atque potestate plura in l. 1. & 2. tit. 8. d. lib. 2. Si causae majoris summae sunt, concessa est appellatio ad Consilium, sed ita ut sententia Praefecti Curiae per Consilium confirmata rem judicatam constituit, ut docet Valenz. *conf. 68. numero 1.* Si verò minoris summae causa existit appellatio ad duos ex eisdem Praefectis defertur: quae probantur per d. l. 16. §. 3. cum duob. seq. eod. tit. Isti enim Judices appellationum nominantur ad quemlibet mensem per Dominum Praesidem Consilii, & ea quae decernunt rem judicatam constituunt, quae nulla datur appellatio, d. l. 16. §. 7. junct. l. 18. §. 3. eod. tit. Quod pariter constitutum est quoad causas appellationum Judicum inferiorum, si minoris summae sint d. l. 16. §. 19. Quae quidem causae minoris summae, illae arbitrantur quae centum mille morapetinos non excedunt. Si enim excefferint ad Consilium appellationis defertuntur, ut cautum reperitur per l. 17. d. tit. 6. lib. 2. recopil. & tradit Valenz. *d. conf. 68. num. 1.*
 Sequitur ergo ex dictis Aulam hanc criminum esse unam ex Aulis, nempe quintam ipsius Consilii. Nam in Regia juxta d. l. 62. tit. 4. lib. 2. recopil. quatuor Aulæ resident. Prima & praecipua, in qua de regimine Regnorum Castellae & ipsius Curiae tractatur, quae *Sola major de Gobierno* vulgariter dicitur. Secunda, cui attributa est cognitio secundarum supplicarum

supplicationum juxta Legem Sicoris ob quod nominatur *la sala de las milyquientas*. Tertia nuncupatur *de Justicia*, in qua causæ contentiosæ totius Regni ad cognitionem Consilii spectantes deciduntur. Quarta dicitur *de Provincia*, quia in ea de expediendis causis appellationum interpositarum à sententiis Præfectorum, & aliorum inferiorum majoris summx tractatur. Et quinta quæ in regio carcere jus de eriminibus dicit. Et quod sit quinta Aula ejusdem Consilii vincitur ex eo quod sententiæ in ea late rem judicantur constituunt in causis ad eam spectantibus: & in civilibus minoris summx modo prælibato, quæ sunt supremæ jurisdictionis. Tum etiam quia habetur pro membro Consilii, & hoc patet: nam deficiente numero Præfectorum ad judicandas causas juxta legem, tot ex Consilio subrogantur quot necessarii sunt ut numerus legalis adimpleatur *d.l. 5. tit. 6. lib. 2. recopil.* In visitatione carceris quæ per duos Consiliarios in qualibet hebdomade celebratur, isti judicant simul cum Præfectis. *l. 1. tit. 9. d. lib. 2.* Quando Rex judicabat cum Consilio, sic cum Præfectis. *d. l. 1. tit. 7. lib. 2. Ordin.* Eadem pœna puniuntur occideres, vulnerantes, vel offendentes Præfectos, atque hæc committentes in Consiliarios. *l. 1. tit. 22. lib. 8. recopil.* ubi Azevedo: quo in Textu perpendenda sunt verba illa, ibi: *Porque tienen en nuestro lugar la Justicia*: quæ amplitudinem dignitatis & æqualem gradum jurisdictionis cum Consilio demonstrant; nam unusquisque in re ad se spectante hac prærogativa fungitur. Sunt Præfecti, Vicarii Regis, ut Azevedo *ibid.* accuratè notat, & quanta sit amplitudo hujus muneris, probat Text. *in l. 1. c. de off. Vicar.* ibi: *Et Vicaria dignitas ipso nomine ejus se trahere judicet portionem; & sacra cognitionis habeat potestatem & jurisdictionis nostra soleat representare reverentiam.* Quibus verbis Valentinus, Valens & Gratianus Imperatores satis declarant sublimitatem muneris. Optimus ad rem Text. *in l. 1. c. de prox. sacror. scrib.* lib. 10. eleganter Cassiodorus. *lib. 3. epist. 16 & lib. 6. formul. 15.* Dodel. *lib. 17. comm. c. 8. & ibi Illig. lit. 1.* Jacob. Cujac. *in paratt. ad tit. c. de off. vicar.* Callistus Ramir. *de lege Regia.* §. 11. num. 3. *C. sua nobis 5. tot. tit. & ibi DD.* signanter Barbosa *de off. vicar.* De jure nostro Text. *in l. 25. tit. 1. lib. 2. for. lugo.* & ibi Villadiego *num. 10. l. 13. tit. 1. part. 1.* & ibi

Gregor. Lopez *glossa 5. mite ad rem Dominus Don Franc. Amaya in l. fin. C. de Canon. larg. lib. 10. ex num. 3.* conducent, & dicta per Solorçan. *de jur. Indiarum, lib. 4. c. 9. tom. 2.* cum aliis à me laudatis *de regim. c. 2. §. 1. ex num. 3.* Quare hujusmodi Senatores offendens crimen læsæ Majestatis incurrit in secundo capite. *l. 1. & ibi DD. ff. ad l. Jul. Maj.* plurib. Farin. *in prax. q. 112. ex numero 136.* quod & dixerat noster Alphonsus *in l. 1. tit. 16. part. 2. ibi: Porque el tuerto, e la deshonra que les fuese fecha non tane a ellos tan solamente, mas al Rey en cuyo servicio e guarda estan.* Quod in Consiliariis, & Collateralibus absque dubio procedit. *l. quisquis, C. ad l. Majest.* ut notat Greg. Lopez *in d. l. 1. glossa 1. Farin. ubi prox. Ant. Matthæus de criminib. in lib. 48. ff. tit. 2. cap. 1. num. 7.*

Amplius probatur nostram Aulam esse partem Consilii ex eo, quod provisiones quæ per eam expediuntur nomine regio insigniuntur eodem pacto ac cautum reperitur quoad expeditas per Consilium. *lib. 62. §. 12. tit. 4. lib. 2. recopil.* eodem Regio sigillo munitæ, eadem formula conceptæ & ab eodem Cancellario subsignatæ. *l. 1. & 9. tit. 15. lib. 2. recopil.* in quibus apparet lapsus Domini Don Joann. De Larrea *d. alleg. 52. num. 31.* negantis hanc prærogativam; labitur enim, dum ad fundandam præcedentiam Auditorum Consilii rei Dominicæ, negat nostram Aulam esse partem Consilii: cum ex juriis, & rationibus superius perpenfis, quorum nullam mentionem fecerat, abundè resulter, sine eo quod retentio alicujus causæ obfit huic assertioni; nam ea quæ fiunt ratione superioris regiminis, non detrahunt superioritati regulari, neque in consequentiam veniunt. *l. ita vulneratus, 51. §. multa, ff. ad l. Aquil. Petr. Greg. de Repub. lib. 7. c. 20. num. 42.* Lissp. *de Civil. Doctr. lib. 2. c. 6.* Plura per me *de regim. Val. c. 3. §. 1. num. 116.* Quod hæc jure ordinario non fiant, expressè cavetur *in d. l. 62. §. 19. tit. 4. lib. 2. recopil.* licet posse fieri probet Textus *in l. 21. & 22. eod. tit.* plurib. Valenzuela *Conf. 94. num. 7. tom. 1.* plura etiam dixi *de reg. Val. c. 2. §. 2. ex num. 26.* Nec certum est quod afferit Consilium nequaquam retinere causam alicujus Aulæ: nam quotidie Aula gubernationis trahit ad se causas aliarum Aularum ex supradicta ratione superioris regiminis, sive utilitatis publicæ. Neque

que ex superioritate Senatus aliquid refultat, ex eo quod nemini dubium est, totum majus esse suis partibus sine partium detractione. Quod quidem amplius comprobatur perpenso quod Præsens Consilii Aulam criminalem eodem jure moderatur, ac regit, & tanquam membrum Consilii tractat, & pariter in distributione Aularum Consilii quæ ad singulos annos fit ex consultatione ipsius, per Regem, nostra Aula subintrat, cui Præsens specialis designatur aut desumptus ex ipso Consilio, aut antiquiore Præfectum Curie destinando sub eodem decreto ac de cæteris Aulis Consilii. Et quod magis est hoc ut Consiliarii in nostra Aula interveniant, & causas judicent non est necessaria Commissio, sed nuda assignatio Præsidis, quæ quidem Commissio necessaria esset, si ex diverso tribunali desumerentur, ut experientia comprobatur, quoties ex eodem Consilio Associati desumuntur ad alia Consilia. In causis competentiarum cum aliis jurisdictionibus, Aula criminalis jurisdictionis in decisione defenditur per Fiscalem Consilii, licet competentia formata sit per Fiscalem nostræ Aulæ. Nec ratio disparitatis assignari potest ob quam nostra Aula non sit pars, atque membrum Consilii, quando nemo dubitat quod Aulæ criminales Auditoriarum, & Cancellariarum sunt partes, & membra eorundem in totis Hispaniæ ditionis Regnis.

Neque argui potest ex eo quod ipse Larrea asserit *ubi supra*, non habere Præfectos Curie locum destinatum in celeberrima illa Processione, quæ prodit die festivitatis Corporis sacratissimi Christi Domini, comitante ipso Rege; habemus utique, nempe cum ipso Consilio. Nam licet Præfecti Curie cum satellitibus, & Apparitoribus incedant divisi per ipsam Processionem eam disponendo, quod in Curia ad eos spectat, ut est notum, & cavetur in deliberatione Consilii *202. fol. 75.* Præfectus antiquior, totius Aulæ jura conservando, locum obtinet immediatum Consilio, cunctos aliorum Consiliorum præcedendo. In spectaculis taurorum cum ipso Consilio assistimus, in loco immediato. In ludis scenicis, qui celebrantur in Regia nuncupata *el Retiro*, quando Consilia omnia coadunabantur in Camera, spectantes theatralem

celebritatem, & in ipso coliseo sedebamus unicum corpus cum Consilio constituendo. In celebratione Festivitatibus, ejusdem sacratissimi Corporis Christi anni 1665. quando representabantur *Los Autos*, quia Rex jusserat omnibus Consiliis simul edi, sedebamus pariter cæteros præcedendo cum Consilio. In publicatione celebri quæ singulis annis peragitur Bullæ Cruciatæ, prima Dominica Adventus, & Processione, quæ prodit è templo sancti Salvatoris, ad templum sanctæ Mariæ, tam sedendo in templis quam incedendo in Processione ad latus Evangelii Præfecti Curie cum Consiliariis assistimus, & ad latus Epistolæ post duos Consiliarios, qui destinantur ad Senatum trium gratiarum assistunt Senatores Aragonum, & Indiarum ad eundem destinati. Et quod magis est, in similibus congressibus, si Consilii Fiscalis, desumptus fuit, ex nostra Aula locum antiquitatis conservat; sin autem desumptus fuit ab alia dignitate inferiori præceditur à Præfectis Curie, ut observatum vidimus tempore quo illud munus obtinuerunt Domini Don Antonius de Vidania, & Elazarraga & Don Franciscus Paniagua & Zuñiga; quod cautum reperitur per *deliberationem Consilii 14. fol. 3.* & de præstantia Fiscalis Consilii neque dubitari cum ipse Dominus Larrea *allegatione 51. numero 32.* iustissime probet excellenti dignitate polleat. Eadem series procedendi observatur quoties manus Principis deosculanda est per Regia Consilia: nam Præfecti Curie unum Corpus cum Consilio constituendo manum Regiam deosculamur, cæteros præcedendo. In funeralibus Regum pompis sic similiter sedere est assuetum, simul cum Consilio. Et tandem proventus extraordinarios percipimus eodem modo quo Consiliarii ipsius Consilii, quoties ratione alicujus prosperi eventus publica lumina per urbem accendi jubentur vulgò *Luminarias*. Nam villa Martiri sicut ex propriis ea Consiliariis subministrat, pariter & Præfectis Curie, ut notum est. Quare dubitari non debet, quod sumus partes Consilii, quia quoties corpus illius congregatur publice, vocamur, & congregamur cum eo, cæterorum Consiliorum Ministris præcedendo. Quæritur namque de qua Dominus Larrea *in d. alleg.*

gat. 52. differit, non potest ad actum practicum deduci nisi in concursibus privatis, in quibus per Regiam Majestatem, ut in fine scriptum relinquit, nil definitum fuit, sed iustum ut unumquodque sedeat prout ad concursum pervenerit, quod observatur. Sed absque prejudicio alicujus, quia concurrere in privatis coadunationibus merè facultativum est, & in consequentiam deduci non valet; cum in merè facultativis nulla detur possessio, vel juris adquisitio, nec manutentio cap. cum Ecclesia Surinana, & ibi Ripa numer. 43. de causa possessionis. & proprie. pluribus Possio de manu. observ. 53. per tot.

61 Ex quibus patet amplitudo jurisdictionis, & sublimitas gradus, cum jurisdictione Aulæ videatur æqualis cum jurisdictione Regis ipsius, imo eadem in rebus sibi commissis est, ut probant Avenadio in dictio. verb. Canciller, & Azevedo in Rub. tit. 5. lib. 2. recopilation. & in dict. leg. 1. tit. 12. lib. 8. ejusdem. ob quod eleganter, ut solet colendissimus Præceptor Dominus D. Don Franciscus Ramos del Manzano, dum locum nostri regiminis laudat in eruditissimo tractatu de Episcopi. Lusit. prop. 4. §. 5. numer. 64. dum de me sermonem instituit, sic in not. ad fin. Munus describit: Inter Regia domus, & Curia summus in criminalibus rogatus. Ad cujus propositionis comprobationem expendo Text. in leg. 5. tit. 6. lib. 2. recopil. ibi: Los Alcaldes de nuestra Casa, y Corte, y los otros Jueces superiores. Quo Textu, prudentissimus Philippus II. inter superiores Judices, Præfectos domus, & Curie clarissime enumerat, & rationem subjungit, nimirum: De los quales no hay grado para apelar para otros Tribunales en los delitos, y negocios que sentenciaren. Nam omnia præstantia jurisdictionis

62 criminalis per quam merum imperium exercetur leg. Imperium 3. & ibi D. D. ff. de jurisd. omni. jud. Donell. lib. 17. Com. cap. 8. & ibi Illegger. lit. 00. & segg. Cujac. lib. 21. observ. cap. 30. ad med. Petr. Gregori. synagm. cap. 13. lib. 47. numer. 5. & cap. 14. per tot. aliis laudatis Larrea dict. allegat. 32. numer. 5. quod explicasse perspicue videretur elegantissimus Cassiodor. d. lib. 6. form. 15. ibi: Et quod maxime fidei signum est in inscriptis. nibus, vita tibi committitur hominum, quod inter mortales constat esse pretiosum. Callistus Ramirez de lege Re-

gia §. 25. numer. 34. qui alios laudat. Ex eo solum quod nulla detur provocatio ad aliud tribunal evidenter convincitur superioritas Text. in leg. 1. ff. qui & a quibus appel. non licet; & ibi communiter D. D. de jure regio leg. 17. & 19. tit. 23. leg. 6. tit. 24. part. 3. leg. 1. & 2. tit. 19. lib. 4. recopil. ut expendit Solorgan. de Jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 7. numer. 18. Optimus ad rem Text. in leg. jubemus 34. C. de appellat. ibi: Nulli danda licentia contra provocationem eorum proferre sententiam vel aliam quamcumque dubitationem introducere. Loquitur hic Imperator de sententiis Patriorum, Consularium, & Præfecti Prætorio, atque Questoris imperialis palatii, ut in Text. videre licet. Melior Text. in l. unie. ff. de offic. Præfect. Prætor. ibi: His canabulis Præfectorum auctoritas intrata in tantum meruit augeri, ut appellari à Præfectis prætorio non possit. Exornant Donell. lib. 28. comment. cap. 6. & ibi Illeger. lit. S. & T. Cujac. d. lib. 21. observat. cap. 33. Faber in C. lib. 7. tit. 19. de fin. 7. & tit. 24. de fin. 34. Scacc. de appellat. q. 16. lim. 1. numer. 1. cum segg. & limit. 4. numer. 1. & 3. Valençuela cons. 92. numer. 51. cum segg. Dominus Crespi observat. 9. numer. 61. & in hoc casu ratio denegandi appellationem est ob excellentiam judicantium, ut probant isti Doctores, signanter Scaccia de limit. 1. cum segg. qui quidem concludunt ex superioritate jurisdictionis, vel ob excellentiam Judicum hoc in casu appellationem denegari.

65 Neque ex eo juri naturali derogatum, aut aliquid iniquitatis inductum dicendum erit: nam licet appellatio dicatur justa defensio, oppressorum præsidium, atque libertatis ars, cap. subjectum, cap. cum speciali, de appellat. & ibi Barbosa plura colligens leg. 1. & tot. tit. ff. & Cod. de appellatione, Livius lib. 3. Histor. Donell. lib. 28. comm. cap. 4. & ibi Illeger. Cujac. in paratit. ad tit. ff. & Cod. de appellat. Petr. Gregor. synagm. lib. 32. cap. 2. Grammatic. vot. 2. numer. 10. Afflict. decis. 188. numer. 6. Scacc. d. q. 16. limit. 1. numer. 21. Valenç. cons. 43. numer. 147. tom. 1. Salgado de Reg. protect. part. 1. cap. 1. prelat. 3. ex num. 31. nollet Saleedo de lege polit. lib. 1. cap. 9. numer. 4. & segg. Quia ut cavetur in dict. leg. 5. in casibus à jure permittis, supplicatio à sententiis Præfectorum ad ipsos concessa

cessa remanet quod & jure cautum erat per Text. in l. Præfecti etiam Prætorio 17. ff. de minor. l. 1. Cod. de sent. Præfect. Prætor. leg. si quis adversus 5. & Authen. qua supplicatio C. de precib. Imp. offer. tradunt plures ex supra laudatis, signanter Scacc. quast. 19. remed. 3. numero 1. & segg. Dominus Crespi dict. observ. 9. numer. 61. quibus adde Peguer. in prax. rub. 26. ex num. 1. & ibi Ripoll. & Cuja. in paratit. ad tit. Cod. de sentent. Præfect. Prætor. Quod remedium idem in effectu operatur, cum appellatio & supplicatio pari passu ambulent. Text. in l. fin. §. cui consentaneum. C. de tempor. appellat. Roland. cons. 94. numero 9. tom. 1. Capic. decis. 28. numer. 11. Scacc. d. remed. 3. numer. 24. & segg. Peguer. d. rub. 26. numer. 3. D. Franc. Ger. Leon. decis. Val. 28. numer. 3. tom. 1. & decis. 165. numer. 3. tom. 2. de quo dixi tom. 2. de regim. c. 8. §. 9. n. 89. sicque sine lesione defensionis reorum ita cautum, & concessa supplicatio tanquam à sententiis prolatis ab ipso Principe ejus nomine jus dicitur.

67 Sed hæc exercentur comitante gravissimo onere, nempe vigilandi diu, nocturne, fontes persequendo, urbem lustrando, errores capiendo, atque loca cuncta quibus multitudo concurrat incessanter deambulando, quod fieri jubetur per l. 16. §. 4. & l. 19. §. 4. cum segg. d. tit. 6. l. 2. recopil. cuius legis vigore in theatralibus Præfecti Curie præsent, in processionibus assistunt, in spectaculis adsunt, ut damna vitentur, scandala avertantur, sceleraque fugentur: potius præveniendò, quam castigando, quia ita ratio optimi regiminis expostulat, aicente Poëta Valentinus Jacob. Falcon. lib. 1. Carm. epigr. 102.

Pulchrius est sano prohibere à corpore morbum.

Ægroto medica quam recreare manu.

69 Quæ jurisdictione generalissima est, quoad omnes in Curia existentes, & in illius vestigiis repositos, apud nos Rastro de Corte quod extenditur usque ad viginti milliarium civitatis, vel oppidi, in quo Rex reperitur. Sicut enim Præfectus urbi Romæ cognoscebat non solum de criminibus admissis in urbe, sed etiam de admissis intra centesimum milliarium, ut Ulpianus docet in leg. 1. de off. Præfect. urb. ita nos de admissis

non solum in Curia, quæ est locus in quo Rex reperitur l. 17. tit. 9. p. 2. & ibi Greg. Lopez, sed intra viginti milliarium sive quinq; leucas. l. 12. tit. 3. lib. 3. ord. junct. l. 12. cum duob. segg. tit. 15. eod. lib. quæ sunt l. 2. cum duob. segg. tit. 6. lib. 1. recopil. l. 6. & 7. eod. tit. ob quod non solum per jura nostra vocatur Præfecti Regiorum domus & Curie, sed etiam Alcaldes de Casa, Corte, y Rastro. Ita ut nomen Rastro, non macellum significet, ut perperam aliqui sentiunt, sed vestigia Curie ad viginti milliarium per circuitum protacta, quod probat Text. in l. 16. §. 13. d. tit. 6. ibi: T conofcan de todas las causas civiles de Rastro. Nam istæ causæ sunt ipsæ quæ in provinciis expediuntur, & judicantur, ut declaratur in §. 15. & 16. ejusd. l. junct. l. 17. eod. tit. quam interpretationem sequutus fuit Dom. Solorg. emblem. 62. numer. 23. rejecta alia Schall. Covaruvias in thesaur. verb. Rastro (qui etymon hujus vocis à perquisitione delictorum musuavit) & ante ipsum Azevedo. in l. 1. tit. 23. lib. 8. recopil. numer. 6. & segg. Et non solum jurisdictione Præfectorum extenditur ad res superius explicatas; sed etiam ad res Annonæ, ne cibaria in Curia deficiant, & ne excessivis pretiis vaneant, ut expressè cavetur in leg. 9. & 16. in princ. & l. 1. §. 3. d. tit. 6. Ita ut licet in civitatibus vel oppidis, in quibus Rex reperitur, adsint Ediles, Rectores sive Decuriones qui de his curent, cum potestas eorumdem restricta sit ad cives dictorum oppidorum, vel civitatum; quando adest Curia, Præfectus qui Regem sequitur, de his omnibus curat, ut in d. l. cavetur. Et notandum obiter est, quod qualitas in dict. leg. 9. inducta, nempe quod Præfectus informetur ab Edilibus, vel Recto ibus, sive Decurionibus de pretiis earum rerum, communis praxis interpretata fuit, quod hæc informatio capiatur quando Rex per oppida Regni transitorie adest. Quia quando resider in aliqua urbe, cum necessaria non sit similis informatio: nam tunc Præfecti Curie plenam notitiam habent de rebus vernalibus, & earumdem pretiis, ad evitandos inutiles circuitus, similis informatio omittitur. Et denique ne competentia oriantur inter Rectores atque Præfectos, forma ab antiquo in urbe Regia data reperitur, per quam cibationum ordinariorum pretia per Recto

Rectores imponantur, cum ea ad urbem deferri more ordinario videantur; At verò quæ nobiliora edulia sunt, tanquam adiecta ratione Curia, quoad pretii impositionem sive taxam, ad Præfectos Curia pertinent. Hoc superaddito quod si taxa facta per Rectores, vel Ediles videatur iniqua, aut aliquis gravamen sentiat, patens sit aditus ad Aulam ut ea reformet. Cujus rei deliberationes Consilii extant, nempe diei 11. Septembris 1551. qua est 12. fol. 3. & diei 9. Novembris 1621. qua est 218. fol. 55.

77 Hæc quoad Curiam & vestigia illius, quoad domum Regiam plus ministerii, quam potestatis nobis tributum est, quia præter assistentiam personalem quam præstamus quando Rex publicè ad Capellam exire solet; vel ad

78 Tenpla in Festivitatibus assistit; executio earum rerum quas specialiter jubet ad nos spectat, tuncque per Præpositos domus iussa recipimus, sed hæc raro evenire solent. Quando enim his in casibus, & similibus cum universa domo Regem comitamur, sive pedester incedat, sive equitando, primus locus inter domesticos ad nos pertinet, & quamvis respectu Regia personæ remotior sit, non ex eo inferior censendus: nam inchoare Principis pompam cum insigni Justitiæ, nempe Scipionibus, præminentia non modica est. In Danti agminibus ordo talis erat: ignis Sacer, & æternus argenteis altaribus præferebatur, Quintus Curtius scriptum reliquit lib. 3. Historiar. ejusdem. Inter Romanos signa præbant in via, & in ipsa acie pariter formè, cum solum antesignani præcederent; pluribus Lipsius de milit. Roman. lib. 4. dialog. 3. & in Ecclesiasticis processionibus vexillum crucis cunctos anteit: quare non cæterorum melior locus quod catervatim sequantur, nec noster villior, quod insignia gestemus priores.

79 In via Regem comitando ampliores curæ sequuntur: nam non Regi soli, sed universis Curialibus & Domesticis hospitium distribuere, atque præparare debemus, vias accommodare, ci-baria prævenire, pretia taxare, oppidum custodire, ac personaliter lustrare, & tandem de cunctis ad viam necessariis curare: quod caurum reperitur per leg. 9. & 13. dict. titul. 6. lib. 81. 2.

80 Præfectis vigillum pariter æquiparat Dominus Larrea ubi supra, sed perperam pariter; quia hic Magistratus institutus fuit incendiis arcendis, probat Textus in leg. 3. in eo titulo, sed potestas

recopil. junct. leg. 4. titul. 23. lib. 4. ejusdem, qui quidem Textus licet de Satellitibus, vel Apparitoribus Curia loquatur, cum isti sint executores justorum per Præfectos, absque dubio sequitur ea à nobis dependere. Sed ne in exercitio harum rerum aliquid inordinare, vel indebitè fiat, adest deliber. Conf. diei 9. Augusti 1700. qua est 142. fol. 28. qua forma data reperitur. De his omnibus functionibus & earum usu atque exercitio cum ceremoniis ex antiquissima consuetudine comprobatis manuscriptorum quadam adnotationes reperiuntur per Dominum Don Joannem de Elazarraga quondam Præfectum Curia, compilatæ prudenter quæ nostri instituti non sunt, quia solum solennitates facti continent, ob quod libenter omittimus.

81 Ex his apparet quod si Aulam consideremus ex Præfectis Curia compositam, causasque criminales judicando, dubitari nequit esse partem Consilii, quæ hujusmodi potestatem exercet; quod satis probatum remanet ex dictis superioribus; si autem unumquemque ex Præfectis Regia Domus & Curia inspiciamus, Supremum in criminalibus rogatum, ut dixit Dominus Ramos, inveniemus. Cui autem ex Romanorum Magistratibus assimilentur, dubitari meritò valet. Nam licet Nomen Alcaldes Prætoribus congruere visum sit, ut dixi, hoc grammaticaliter est intelligendum, non autem civiliter. Quia Prætori nequaquam meri imperii usus concessus fuit, sed jurisdictione duntaxat civilis cum modica coercitione leg. 1. §. ult. leg. 3. §. sed si non latiter, ff. de suspect. tutor. leg. 1. §. solent, ff. de offic. 5. Præfect. urb. leg. 3. §. 1. leg. fin. ff. de offic. Præfect. vig. leg. 1. §. si filius, ff. de observ. parent. pref. notant Pomponius Læt. Fenestella. Revard. Rhodigin. Donell. Illiger. & Cuiac. laudati supra, numer. 4. cum Domino Larrea dict. allegat. 52. numer. 14. quibus addendus Ant. Matthæus de crimin. in lib. 48. ff. tit. 13. cap. 5. num. 1. in provinciis judicando bene comparatio sequeretur, sed de criminibus jus dicendo nequaquam.

84 Præfectis vigillum pariter æquiparat Dominus Larrea ubi supra, sed perperam pariter; quia hic Magistratus institutus fuit incendiis arcendis, probat Textus in leg. 3. in eo titulo, sed potestas

potestas illius non extendebatur ultra penam sustigationis, majori animadversione dignos ad Præfectum urbi remittere tenebatur, ut docet Ulpianus in leg. 4. eodem tit. Pompon. Læt. Fenestella. & alii superiores laudati; licet enim Præfecti Curia de incendiis arcendis curent, non tamen potestatem imponendi pœnas limitatam habent.

85 Quare magis assimilari tenendum est Magistratui Præfecti urbi; nam, ut docet Ulpianus in leg. 1. in princip. hoc titul. Omnia omnino crimina Præfectura urbis sibi vindicavit ne tantum ea quæ intra urbem admittuntur, verum ea quoque quæ extra urbem. Et §. initio 4. ejusdem Textus, ibi: Sed & si quid intra centesimum milliarium admissum sit, ad Præfectum urbi pertinet. leg. omnia 4. Cod. eodem, ibi: Omnia corporatorum genera, quæ in Constantinopolitana civitate versantur, universos quoque cives ac populares Præfectura urbana regi moderamine cognoscas. Absque eo quod annonæ cura deficiat, Text. in leg. 1. Cod. eodem. Præfecto urbi & hoc munus tribuit; ibi: Et ne

86 Præfectura urbis abrogatum sibi aliquid putaret si totum ad officium annonarium redundasset, eadem Præfectura sollicitudinis necessitatem mandavimus: Explicat Pomponius Lætus de Magistr. Roman. cap. de Præfect. urb. quo originem hujus Magistratus Romulo retulit; latius Fenestella eodem libro, cap. 6. Donellus lib. 28. commentar. cap. 7. & ibi Illigerius littera I, Optimè Jacobus Cuiacius in parat. l. Cod. hoc tit. cujus verba cum mirè ad rem conducant, non piget recensere. Hic ad quem Custodia, & Cura urbis Regia totius spectat, & quidquam intra centesimum lapidem admittitur, ultra centesimum Præfecto Prætorio cognitio est, Hic ad quem Cura annonæ, Cura excubiarum, Cura corporatorum, veluti piscorum, suariorum, bovariorum, pecuvariorum qui in certum tempus coacti, & ei corpori quasi servire quondam ascripti sunt in perpetuum, & Cura thermarum, Cura vernalium rerum, Cura spectaculorum, ac popularium, sive factionum, cum omnibus participat sermonem, & dicitur vice sacra judicare. Nec defuit Cura specialis quietis populorum, rerumque vernalium, licet minutarum: aiente

88 Fenestella dict. cap. 6. ibi: Cura etiam D. D. Laur. Matthæus de Re Crim. Pars I.

rei macellarie omnis, ut iusto pretio vacent, ad officium Præfecti pertinent: & ideo forum bovarium, suarium piscarium, & olitorium ad eundem Præfectum pertinet. Ad tuendam quoque populorum quietem dispositos stationarios milites habere debet curare, qua ut si quid ubique agitur per delatores denuntietur. Quid clarius ad exprimentam jurisdictionem in his quæ vocamus Repes y Rondas: ob quod quam propriè nominari debeant Los Alcaldes de Casa, y Corte Præfecti Regia domus & Curia, clarissimè desumitur; & ex hac ratione optimè Antonius Matthæus dict. cap. 5. numer. 1. scripsit, quod cognitio causarum criminalium ad istum Magistratum pertinet.

89 Nec te moveas, si dicatur, excellentiorem potestatem videri habuisse Præfectum urbi, cum Præfecto Prætorio par esset leg. 1. Cod. de Præfect. Prætor. sive urb. essentque germanæ istæ potestates. leg. advocatos, Cod. advocat. divers. jud. ut Cuiacius notat ibidem. Nam dicendum est quod Præfecturam Prætorio Consilii jurisdictione imitatur cui culmen dignitatis tribuitur; Præfecturam verò urbi, Aula Criminalis, quod comprobatur ex eo, quod crimina admissa intra metas urbis ad cognitionem Aulæ pertinent; admissa verò ultra metas ad Consilium, ut jura nostra & Doctores tradunt; nec inconueniens, vel improprietas aliqua resultat ex eo quod germanæ istæ potestates dicantur; sunt utique ab eodem fonte deductæ. Sed Germana major est potestas Senatus; minor verò nostræ aulæ potestas, in quo neque superioritas illius negatur, neque isti aliquid tribuitur, quod ad illam non pertineat, ut ex dictis apparet.